



DE
DIFFICILI INFANTVM DENTITIONE

Quemadmodum vniuersa hominis vita plurimis
iisque saepe grauissimis corporis molestiis ob-
noxia esse, atque innumeris fere valetudinis
periculis noxisque infestari solet: ita iam ipsa
vitae primordia ab hac fortis iniquitate tam parum immu-
nia sunt, vt potius tenerrima recens natorum corpuscula
maximis subinde incommodis affici reperiamus. Infans
vix in lucem editus variis vitae molestiis affligitur, variis-
que morbis corripitur, quorum alios ex caussis internis,
ex deprauata fluidorum indole, vel corrupta solidorum
constitutione oriundos, subire debet, alios vero secun-
dum leges naturae praescriptas et quasi sancitas euitare
nullo modo potest. Quis enim est, qui nesciat, partes
corporis nostri firmitatem et incrementum suum non vno
eoque repentino quasi impetu, sed sensim paullatimque et
veluti per gradus nancisci, totumque adeo corpus varias
muta-